

d'Albret, le lieutenant général du roi Jean du Peyrat, savant jurisconsulte et esprit très-cultivé, l'antiquaire Guillaume du Choul et le poète latin Jean Voulté (43). 11

Visebam sacras, illuni nocte, puellas,
 Quas mihi non turpis conciliarat amor :
 Nam mecum puero illa hybernis noctibus esse
 Gaudebant, castos et memorare jocos :
 Noster divinis de rebus sermo fluebat,
 De CHRISTO, precibus, religione, fide.
 At monachus quidam, non tali nomine dignus,
 Infestat nunc me, virgineamque domum :
 Dives, et egregie linguax, et fallere doctus,
 Et bene curata compositaque cute.
 Is mihi, si redeam, colaphos et flagra minatur,
 Deprendi metuens seque suumque scelus :
 Quin Evangelion CHRISTI negat esse legendum
 Virginibus : monachus sic meus ille sapit :
 Et nunc cum teneris cantat, luditque puellis ;
 Cætera non dicam : Musa pudica mea est.

Nicolai Borbonii Vandoperani Lîngonensis
Nugarum libri octo (Apud Seb. Gryphium,
 Lugduni, 1538, in-8, lib. IV, carmen XII, p. 217).

(43) Voulté a fait l'éloge des trois frères de Vauzelles dans ce petit hendécasyllabe, qui est rapporté par Colonia, au tome II, p. 575, de son *Histoire littéraire de Lyon* :

Ad tres Vauzellios fratres.

Tres fratres celeberrimi optimorum ;
 Tres vita, et genio, et pares amore ;
 Quibus una domus tribus, fidesque
 Una est, una eadem tribus voluntas :
 Vos sic vivite semper, et valete,
 Humanis pariter Diisque grati.

Joannis Vultei, Remensis, *Epigrammatum libri IV*,
 (Lugduni, sub scuto basiliensi, apud Michaellem
 Parmanterium, 1537, petit in-12, p. 258).

Gilbert Ducher, dit Vulton, a loué également Matthieu, Jean et George de Vauzelles, dans la pièce suivante, adressée à Maurice Scève et signalée par Guichenon :

Ad Mauritium Scævam.

Sæpius in justos tentavi effundere versus
 Vauselianorum stemma, decusque trium.
 Conatum ecce meum, sed non sine scommate, risit
 Ipsa sui princeps Calliopea chori.